et corpore existens palam recognovit Quia Generosum Danielem Fran-
kowski de restitutione iuxta decretum Judicij Capitanealis Castrensis
Bransensis unius equi coloris farei post Generosum Joannem Mosz-
cki fratrem germanum eiusque suo derelicti ac decreto sibi
adiudicati recepto ipso equo sine quovis [illegible] quietat
et liberum facit ratione vero alterius equi [illegible]
bellicis ac stipendiorum aliarumque praetensionum cum ipso et
famulis olim eiusdem fratris suam actionem sibi reservat.

Tworkowski — Cessio

Coram officio et actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Bransensibus constituti com-
parentes Nobilis Baltazar olim Valentini Jablonski et Labo-
riosa filia olim Joannis Gieraltowski Coniuges ipsa quidem
Catherina cum mariti sui autoritate sani mente et corpore existentes palam reco-
gnoverunt Quia Nobili Alberto olim Valentini Tworkowski in Brzoski
haeredi et eius legitimis successoribus de omni et integro iure suo seu inscri-
ptione certa sibi recognoscentibus super certas partes bonorum Pulko-
ska villam per Nobilem Sophiam filiam olim Bartholomei Brzo-
zka relictam olim Joannis Gieraltowski matrem suam coram actis castren-
sibus Bransensibus feria secunda ante festum Sanctae Margarethae Virgi-
nis Anno Millesimo sexcentesimo Quadragesimo septimo proxime
transacto facta Cum omnimoda potestate eiusmodi inscriptionis
sua ac parata intromissione possessione huiusmodi et omnibus ligaminibus
in originali inscriptione contentis ac utilitatibus omnibus in eisdem
bonis existentibus cedit et condescendit omneque et integrum ius suum
sibi competens in personas eius et successorum suorum transfun-
dit intromissionem illi eam ex nunc per ministerialem et Nobiles duos
offase ac [illegible] admittendo.

Eiusdem — Plenipotentia

Coram officio et actis praesentibus Castrensibus Bransensibus personaliter comparens Nobilis Albertus
olim Valentini Tworkowski de Brzoski haeres sanus mente et corpore
existens palam recognovit Quia ipse Generosos Andream Swidolski
Valentinum Godlewski Valentinum Grzymski Joannem Stolimo-
wski ad omnes in genere et singulas in specie causas et actiones
suas iudiciarias coram Judicio Tribunalis Regni Lublinensi cumqui-
buslibet personis ratione quarumcunque iniuriarum et differentiarum
habitas et habendas in suos veros et legitimos plenipotentes
elegit inscripsit et ordinavit dans et concedens eisdem Plenipo-
tentibus suis sive alterutri eorum omnimodam potestatem et ab-
solutam facultatem causas suas generaliter omnes tuendi de-
fendendi promovendi contraveniendi iuramenta attentandi poenas
levandi delegatis quietandi intromissiones bonorum suorum
in poenis adiudicatis offerendi admittendi processus con-
tinuandi

355 b

continuandi aliaq omnia munia vices plenipotens denuo legitime spectantia exercendi promittens id totum quicquid per eosdem plenipotentes in causis suis iuridice factum et constitutum fuerit pro rato et grato susceptum esse suis ac si ea omnia sua in persona per egisset personali sua recognitione mediante.

Sklodo **Superreceptio**

Coram officio et actis praesen. Castren. Capitan. Zvinen. sta. Comparens Nobilis Mathias olim Gregorii Sklodo sanus mente et corpore existens palam ac libere recognovit Quia ipse apud Nobilem Valentinum Sklodo fratrem germanum ad priorem obligationem bonorum immobilium in haereditate Krasnow Vitelice consisten. sibi per eundem in quadraginta florenor. polon. inscripta nunc de novo decem floren. polon. superrecepit et priori summae adiungit in qua quidem summa simul iuncta bona eadem omnia in originali inscriptione exarata tenere habere et possidere modo obligatorio usque ad exemptionem et summae praefatae integram et indivisam exsolutionem inscribit. Cui iam ex nunc intromissionem realem cum pacifica possessione per mtem et Nobiles officiose acceptandam dat et admittit submittendo se eundem tenutarium suum et eius posteros occasione praemissorum ab omnibus impedimentis tueri et defendere sub vadio simili. Et Coram officio praenti in primo Citation. termino peremptorio respondere ac satisfactione omnibus iuris remediis se et suos successores uti abscribendo et abrenunciando

Krynicki **Kiwino** **obligatio**

Coram officio et actis praesentibus Castren. Capitan. Zvinen. sta. Comparens Nobilis Stanislaus olim Bartholomei Krynicki de Kiwino Lesne haeres sanus mente et corpore existens palam recognovit Quia Nobili Mathiae olim Sebastiani Krynicki et eius posteris bonorum suorum in haered. Kiwino Lesne sitorum in campo quatuor sulcos a sepe lapidea ad graniciem Dulkerowska inter mettas Nobilium Valentini et sui recognoscen. iacentes cum agris pratis rubetis et omnibus utilitatibus nullis exceptis in quindecim floren. polon. ad exemptionem obligavit Cui iam ex nunc intromissionem realem cum actuali ac pacifica possessione per mtem et Nobiles duos officiose acceptandam dat et admittit submittitque se eundem tenutarium suum et eius successores occasione praemissorum ab omni impedimento iuridico et extraiuridico omnium et singularum personarum propinquarum et remotarum tueri defendere evincere et liberare intercedere pacificare solus per se et per submissas personas non inquietare sub vadio simili aliorum quindecim floren. polon. Et Coram officio Castren. Capitan. Zvinen. in primo Citationis termino peremptoria responsione omnibus iuris remediis et defensis legalibus impedimen. se et suos successores uti abscribendo et abrenunciando